

X CENSURA OPERUM

CENSURA ORATIONUM.

Censura Orationis XV.

Censura Orationis I.

AP. Rayn. ex mf. Coll. Vien. primum evulgata est, nec eam in ullis sive excusis sive mss. comperi. Attamen ab Anselmi stylo non distat, & auctorem suum proposito & habitu Religionis distinguit.

Censura Orationis II.

Ipsa in excusis etiam antiquioribus extat, quasi pars orationis, quæ incipit, *Deus meus da cordi meo*, &c. nos eam ab illa non sejunximus, nisi ut eas quæ compunctionem excitant, illis præmitteremus quæ ad virtutes impetrandas sunt compositæ. Capitula 5. 6. 7. 8. libri Meditationum qui S. Augustino falso tribuitur, constant ex ista oratione, quæ tamen in mf. & in omnibus excusis S. Anselmo ascribitur. Vide infra iudicium istius libelli Meditationum.

Censura Orationis III. IV. V. VI. & VII.

Inter S. Ansel. Orationes hæc leguntur in mss. quæ in variis lectionibus notavimus: quibus adde mf. D. Bigot, & mf. Coll. Vien. ex quo eas P. Rayn. primus edidit. Quinta est c. 34. præfati libri Meditationum.

Censura Orationis VIII.

In Mf. Biblioth. S. Martini Tornac. leguntur plures S. Anselmi Lamentationes, hoc est, Meditationes, inter quas hæc habetur, quam ad nos transmissam protulimus.

Oratio IX. eadem est ac *II.* cujus vide *Censuram*.

Censura Orationis X.

Hæc confecit quatuor priora capitula præfati libelli Meditationum. Attamen omnes etiam antiquiores Meditationum S. Ansel. editiones ipsam habent: nec non Mf. Thuan. 267. & Mf. Colleg. Vienn.

Censura Orationis XI.

Inter S. Anselmi Orationes legitur hæc in pluribus Mss. in quibus diversos habet titulos; ut videre licet in variis lectionibus. In Mf. D. Bigot hæc oratio aliis duabus conjuncta est. Eam ex Mf. Vatic. P. Rayn. primus publicam fecit.

Censura Orationum XII. & XIII.

P. Theoph. ex Mf. Vienn. primus eas inter S. Ansel. alloquia recensuit.

Censura Orationis XIV.

Extat hæc in omnibus excusis, & in Mf. D. Bigot ac in Mf. Thua. & in Mf. Vien. Ipsa tamen est c. 9. sæpe facti libelli Meditationum, cujus infra iudicium dabimus.

Hanc inter S. Ansel. orationes habent Mf. Corb. 160. Mf. Vallis Luc. Mf. San-Germ. & Mf. Coll. Vien. ex quo eam P. Theoph. primus edidit.

Censura Orationum XVI. XVII. XVIII. & XIX.

Istæ capita 36. & 37. prædicti libri Meditationum complent. Ipsa tamen, nec immerito, P. Rayn. ex Mf. Coll. Vien. S. Anselmi alloquiis accensuit.

Censura Orationis XX.

Hac oratione clauditur præfatus liber Meditationum: ipsa tamen inter S. Ansel. orationes legitur non solum in Mss. quæ in variis lectionibus designavimus, sed & in Mf. S. Germani, in Mf. Lovan. & in Mf. Vienn. ex quo P. Rayn. eam S. Anselmi alloquiis primus adjunxit.

Censura Orationis XXI. & XXII.

Ipsas ex Mf. Vatic. accepit ac dedit P. Raynaudus. Reperiuntur quidem in libro *de Contritione cordis*, ac in libro Meditationum c. 10. At quam falso hi libri nomen Augustini præferant, infra demonstrabimus.

Censura Orationum XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII.

Præter Mss. quæ in variis lectionibus notata sunt; Mf. Lov. Mf. Biblioth. Regiæ, Mf. Flor. nec non Mss. Vatican. & Colonien. Vien. ex quibus eas P. Theoph. deprompsit, eas esse Anselmi protestantur.

Censura Orationis XXIX.

Cum fides Mss. Codicibus integra danda sit ubi nulla alia suppetit iudicandi ratio, & nihil aliunde repugnat; hanc orationem nulli alii quam S. Anselmo adjudicandam censuimus. Eam enim in pluribus non ignobilioris notæ Codicibus Mss. inter alias sancti hujusce Doctoris orationes perlegimus: quos, cui libuerit consulat in variis lectionibus notatos. Iis adiciantur Mf. 2024. Biblioth. Regiæ, & aliud Mf. D. Bigot. Stylo quoque Anselmi descriptam hanc esse probe novit quisquis in ejus lectione versatus est. Quod autem hæc inter Johannis Abbatis Fiscanensis pia collectanea reperiat in Mettensi Mf. quid consequens est, nisi Abbatem hunc, qui ea adhuc ætate vigebat qua a S. Anselmo plurimi pias, quas composuerat, orationes deposcebant, ab eo istam accepisse & acceptam exscripsisse? Id infra sumus demonstraturi.

Censura Orationum XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. & XXXVI.

Has omnes P. Raynaud. ex Mf. Vien. primus edidit. 33. legitur etiam in Mf. D. Bigot sub hoc titulo: *Oratio Apologetica sancti Anselmi*.